



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Carpus Ep. 26. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

26. Maii. VITÆ SANCTORUM. 337
pendit, ut nonnemo e sepulchro parcere
eum sumptui operæque jussit. Alteri ad
mortem imperato vitæ triennium impe-
travit. Ne curâ corporis à Deo avocaretur,
mensam illi Dominicis diebus An-
gelus instruxit, cæteros impransus, &
incoenatus egit. Hunc tamen tam vici-
num cælo avocare, ad nescio quos Pha-
raonis thesauros dæmon institit. Sed il-
le Nilum calcare solitus, & clausis fori-
bus, quoquò libuisset, penetrare, viam
denique etiam ad Cælites reperit, violen-
tus scilicet homo, atque uti olim ædi-
bus, ita cælo quoque vim facturus, nisi
spontè patuisset. *Ex vit. PP.*

*Nemo diffidat, nemo veterum conscius
peccatorum præmia divina desperet: novit
Dominus mutare sententiam, si tu noveris
mutare delictum. S. Aug. ps. 50.*

S. CARPUS EP. 26. Maii.

Non est cordi Deo regida pietas, &
justitia misericordiæ oleo non tem-
perata. Id **CARPUS** te docebit, qui à
Paulo Apostolo Christianâ Philosophiâ
imbutus, hujus tam præclati & neces-
sarii axiomatis aliquando visus est obli-
visci. Compererat Christianæ militiæ
tyronem, ad deserenda crucis signa, à
dæmonis cultore esse inductum, quâ in-
juriâ ad Deum Opt. Max. pertinente, i-
ta est exacerbatus, ut impia ex æquo
capi-

X

338 VITÆ SANCTORUM. 26. *Maii*.
capita Orco devoverit, quòd mediocri
supplicio nullo vindicari posse scelus ma-
nifestarium & ultimæ perfidiæ persua-
sum haberet: & verò gestiebat animo,
cùm dehiscente sub utriusque pedibus
terrâ, inferni ignis fumum ferri in ora,
ipsoque stantes in præcipitio simi-
les ruituris aspiceret, impulsurus etiam,
si copia fuisset. Subinde etiam aperiri
calum, & Servator generis humani
offerre se conspicuum, horrorique CAR-
PUM, si ita ei videretur, ageret miseros il-
los præcipientes, pro quibus ipse sangui-
nem suum fudisset. Sibi quidem tanto
pretio assertos in libertatem, certum esse
non deserere, & porrigere manum vel-
le perituris: quin adeò, si necesse foret,
non detrectaturum redire ad initium mi-
feriarum, quibus in Cruce moriens finem
imposuisset. Plura dici necesse non fuit.
Tam mellea verba CARPO bilem absterse-
runt: & nimirum hodie quoque animo-
rum ætus & inconsulta odia defervesce-
rent, si in sanguine Christi intingerentur.
Ex Dion. Arcop. in Patric.

*Par est, ut quisque nostrum non minus
gratias agat Christo, quam si ob ipsum so-
lum advenisset; neque enim recusaturus erat
vel ob unum solum tantam exhibere miseri-
cordiam; adeò singulos homines pari chari-
tatis mensurâ diligit, quâ diligit orbem u-
niversum. S. Chryl. in c. 2. ad Galat.*

S. RE-